Diputació de Lleida

ARXIUS
ESTUDIS I INFORMACIÓ

BENEFICÈNCIA

Signatura: 010340

Abstract: Àpoca de censal mort creat a favor de Pedro Pradell, mestre sastre de Barcelona, per la Universitat de Cervera, l’any 1368

Data expedient: 1830

325.

Apoca firmada en 18 Setiembre 1368 por el Sindico, actor, y pror, y particulares de Cervera, á favor de Pedro Pradell Maestro Sastre de Barna, de 4800 ₰ moneda barcelonesa de terno, precio del Censal muerto de pension anual 400 sueldos de dha moneda, que el referido Sindico en nombre de aquel Comun habia vendido al propio Pradell en 29 de Agto del dho año 1368.

Servei d'Arxius, Estudis i Informació de la Diputació de Lleida
Beneficència - ??/??/1830, número 01034, pàgina 2

SELLO 2.º
.8. R.s

HISP. ET IND. R. FERD. VII. D. G. 1830

AÑO DE
.1830.

Hoc est translatum bene et fideliter Barchinone sumptum a quodam publico, et autentico apocha instrumento facto, et firmato per Sindicum, actorem, et procuratorem Universitatis, et singularium Villæ Cervariæ in favorem Petri Pradell sartoris dictæ Civitatis, in membrana exarato, non viciato, neque in aliqua eius parte suspecto cuius tenor sub his sequitur verbis.

Sit omnibus notum: Quod ego Jacobus Mironis mercator de Villa Cervariæ, actor, et procurator constitutus una cum aliis, et in solidum a venerabilibus paciariis, consiliariis, probis hominibus, et ab universitate hominum Villæ prædictæ, prout de ipsa procuratione apparet per publicum instrumentum confectum in posse Jacobi Maioris de Villa Cervariæ, Notarii publici actoritate Regia per totum principatum Cathaloniæ, sub duobus videlicet kalendariis, quorum primum est quarta die mensis Madii, et alterum septa die eiusdem mensis anno infrascripto, nomine antedicto, et nomine etiam meo propio confiteor, et recognosco vobis Petro Pradelli sartori civi Barchinonæ, præsenti, quod solvistis, et tradidistis michi quibus supra nominibus bene et plenarie, ad meum libitum voluntatis in pecunia numerata, illos quatuor mille octingentos solidos monetæ Barchinonæ de terno, pro pretio quorum ego nominibus antedictis, vobis et vestris, et quibus velitis, perpetuo vendidi per liberum et francum alodium, quadringentos solidos dictæ monetæ, censuales, perpetuales, et rendales, habendos, et percipiendos per vos, et vestros, et quem, seu quos volueritis, a me nominibus [et meis, et a dicta universitate, et eius singularibus, a prima die presentis mensis Septembris ad unum annum proxime, et continue venturum, et deinde perpetuo annuatim, prout de ipsa venditione apparet per publicum instrumentum inde factum in posse Francisci de Montealto Notarii infrascripti, vigessima nona die Augusti anno infrascripto, quod nominibus antedictis, vobis, et vestris laudo, approbo, et confirmo. Et ideo nominibus antedictis, renuncians exceptioni

pecuniæ non numeratæ, et non solutæ, et doli mali, et actioni in factum, et omni alii juri, rationi, et consuetudini, contra hæc repugnantibus, eisdem nominibus facio vobis, et vestris, de prædictis quatuor mille octingentis solidis bonum, et perpetuum finem, et pactum, de non petendo, et de non agendo, solemni stipulatione vallatum, sicut melius dici potest, et inteligi ad vestrum, vestrorumque salvamentum, et bonum intelectum. Actum est hoc Barchinonæ octava decima die Septembris anno a Nativitate Domini millessimo trecentessimo sexagessimo octavo. Sig✠num Jacobi Mironis prædicti, qui hæc nomine prædicto concedo, et firmo = testes huius rei sunt Franciscus de Manso barberius, Berengarius de Vilatort, et Benedictus de Sancta Linea, cives Barchinonæ = Sig✠num Francisci de Montealto Notarii publici Barchinonæ, qui hæc scribi fecit, et clausit. ? Sindicus: ✝ prædictis: valent hæc addita: Ita approbo = Emanuel Lafont Not.

Sig✠num Raymundi Torres Not. pub.ci regii Colegiati e n.o Barcinone testis.

Sig✠num Ignatii Golorons et Plana Not. pub. Regiique Colegiati e n.o Barn.e testis.

Sig✠num Emmanuelis Lafont Not. Pub. Regiique Collegiati e n.o Barchinonæ qui precedens Instrumentum a suo originali extractum et cum eo veridice comprobatum scribere jusi, in hac Regii Sigilli Secundi Papiro, requisitusque propiaque signavi Barchinone die prima Augusti anno millesimo, octingentessimo trigesimo.

Servei d'Arxius, Estudis i Informació de la Diputació de Lleida
Beneficència - ??/??/1830, número 01034, pàgina 4